

XI. Laconicus, similis medico.

XII. Chalcosmaragdus è Cypro arcis uenis.

Sunt & pseudosmaragdi.

Reperimur & pro parte dimidia smaragdi,  
& altera parte adhuc iaspide existente, nondum  
humore in totum trāsfigurato. Funguntur & sma-  
ragdi ex crystallo, lauamur austero mero, delectā-  
tur uiridi oleo. Postrema eius genera reperiūtur in  
fodinis erarijs, etiam apud nos. Albertus et in Sco-  
tia & Britannia reperiri testatur. & nasci in ue-  
nis arcis, nonnunquam in scopulis sub aqua maris.  
Ceterum smaragdi alij sunt obscuri, quos cecos di-  
cunt. alij sunt densi, nec translucidi. alij scatent  
nubeculis. in alijs sunt capillamenta, sales, plum-  
bago, & alia uitia. Optima in his figura est plani-  
cies, ubi una pars non coumbat alteram. & opti-  
mus, qui nec umbra nec lumine uariatur. Ad ostiū  
Tāgræ in tēplo arcis smaragdi cōspiciūtur ingētes  
& preciosi. Vis smaragdi est, aduersari ueneno,  
et uenenatis. Ferunt si oculus uenenati alicuius ani-  
malis rectò aspexerit illū, obcecari. Præseruat por-  
rò gemma illa ab epilepsia, sanat lepram, confor-  
tat uisum, memoriam, retinet coitum, & rumpi fer-  
tur in coitu digito gestatus. Nota & quòd à uete-  
rib. astrologis dedicatus est smaragdus Mercurio.  
Postremò notandum est & hoc, quòd prasinum la-  
pidem, seu gemmam, quæ interdū rubeis, interdum  
albis